



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Martinianvs. 10. Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

3. Non vis, cùm potes; erit aliquando, cùm  
maxime voles, nec poteris tamen, Profectò salutem  
quam nihil pendis, cùm volens ac lubens ab ejus  
vía declines. Velles quidem hujus, & alterius vi-  
æ deliciis potiri, Dco servire, & mundo; hoc  
heri nequit. Uni saluti consulere potes, petit Dc-  
us; erit tempus, cùm non poteris, nec volet Deus.

## S. MARTIANVS.

10. Januarii.

*Si confiteamur peccata nostra, fidelis  
est, E⁹ justus, ut remittat nobis  
peccata nostra E⁹ emundet nos ab  
omni iniquitate. S. Joan. Ep. i. cap. i.*

**N**Ovit MARTIANUS maximæ Ædi Bi-  
zantii, præpositus, Orationem, quò alia  
cœlos & certius & citius peteret, alaram  
reddere, creberima illi jejunia & Eleemosy-  
nas jungendo. Multus præterea in extruen-  
dis Cœnobiis templisq; fuit, monumentis,  
quæ ferè unica in mortali homine immor-  
talis Deus probat Plenam, quæsties foras pro-  
divit, manum circumtulit, cum vacua nullū bonū  
à se inopem passus abire. Veste, quamdiu viuis-  
xit, non nisi unicā semper usus, hac etiam com-

cum

cum nulli ad manum nummi essent, se exuit,  
& egenum induit, sed divite lucro, quippe  
qui deinde, cum seminudus pro arâ divinum  
cibum in populum partiretur, aureâ palam  
à Cœlo veste ornari visus est, ut planè jam  
quæsum, quæfuisse & pro paupere toga me-  
liorem ambiisse videri possit. Noctu porro  
vigil pius urbem obambulabat, vel quibus  
tunc etiam bene faceret, egenos, vel quos  
lotos domi curatosq; terræ mandaret, mor-  
tuos quærens, ex quibus non pauci revixisse  
inter studia tam sancta memorantur, & alte-  
rum vitæ parentem MARTIANUM salutasse.  
Iam grassantem in templum suum, crude-  
liter flamمام, medius ipse objecto Evan-  
gelicæ Historiæ volumine stitit, precibus  
domuit, lachrymis extinxit. Secundum hæc  
quò aliaq; mita, templo, quod ultimum ædifi-  
cat, & vitæ finem unâ imposuit.

*Ex Metaphraſte apud Sarium.*

## M E D I T A T I O

### *De Peccato.*

I. **P**eccatum malorum omnium maximum est,  
cum hominem excludat à possessione summi  
nullū boni, gratiam extinguat, privet hæreditate, & æter-  
nū viuis addicat flammis. An hæc attendimus, dum  
etiam committimus lethale peccatum, quod Dæmonibus  
cūm

&

\*o] 26. [o\*

& damnatis tot intulit mala? Ah Domine! quid mihi factum esset, si mors oppressisset me statim post peccatum? Nihil millies damnasset me, si voluisses; noluiisti, quia amas homines, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Aug.

2. Morbi, temporum vicissitudines, ignorantia, dolor, mors, mala denique omnia ab Adami peccato dimanarunt. Si Deus tot & tam acerbas penas dari voluit, & etiam nunc reperat pro peccato, (ut videatur) levissimo; dic age, quemad & quanta supplicia parat in altera vita? Si regnante misericordia tam severus est, quid futurus est, cum aderit tempus ira, & justitia?

3. In memoriam revoca peccata totius vitae tuz Veniam postula, & a te delictorum tuorum penas exige. Tu tibi conscient es, peccata commisisti aeternis suppliciis digna: nescis tamen, an penitentia tua deleta sint. Haec cogitatio, & humilitatem, & frumentum cuique ingenerare deberet. Status citius mori quam peccare, fuge vel umbram mortalis, avenialis peccati. Periculum est, quidquid Deum habet.

---

## S. THEODOSIVS.

II. Januarii.

Videte itaque Fratres, quomodo cauti ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus  
S. Paulus ad Ephes 5.

THEO